8755

Prosanka Intromissio

Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Prosenski au-
thenticus et iuratus officio praesenti bene notus coram eodem
officio una cum Nobilibus duobus Simone et Sigismundo Prosenssi-
mi sibi gratia evidentioris testimonii adductis personaliter
stans palam recognovit Quia feria tertia proxime praeterita conde-
scendendo ad bona Prosanka antiqua ibidem Nobilem Zophiam
filiam olim Nobilis Adami Sobolska consortem Nobilis Alberti
Prosenski in totam et integram sortem in bonis Prosanka anti-
qua sitam eidem per Nobilem Joannem Sobolska fratrem suum germa-
num modo donationis coram actis praesentibus feria secunda intra
octavas festi sacratissimi corporis Christi domini in anno millesi-
mo sexcentesimo quadragesimo octavo recognita cuiusmodi
sortis areas hortos aedificia agros prata campos silvas gaios rubeta pa-
scuas molendina nec non cunctas utilitates attinentias et pertinentias eius-
dem bonis quovismodo provenientes iuxta latiorem continentiam eiusmodi
inscriptionis ex libera admissione profati recognoscentis neminemque alio
tam in bonis quam hic coram actis impugnante intromisit inve-
stivit et in possessionem pacificam ad usum fructum contulit
de quo suam eam vellationem fecit et recognovit

Eiusdem Intromissio

Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Prosenski autenticus et iuratus officio
praesenti bene notus una cum Nobilibus Simone et Sigismundo Prosenssi-
mi sibi gratia evidentioris testimonii adductis coram officio praesenti personaliter
stans palam recognovit Quia feria tertia proxime praeterita condescendendo
ad bona Prosanka antiqua ibidem Nobilem Albertum olim Andreae Pro-
senski in bona videlicet duos sulcos eidem per Nobilem Michaelem
olim Boleslai Markowski modo cessionatio coram actis praesentibus
feria secunda ante festum sanctorum Viti et Modesti martyrum
in anno praesenti millesimo sexcentesimo quadragesimo nono
eorundemque sulcorum cunctas utilitates attinentias et pertinentias iuxta
latiorem continentiam eiusmodi inscriptionis sed neminemque alio tam
in bonis quam hic coram actis impugnante introduxit investivit
et in pacificam possessionem contulit de quo suam vellationem fecit.

Markowo Quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransciensibus personaliter comparens
Nobilis Michael filius Nobilis Alberti Prosenski de Prosan-
ka antiqua haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac
libere recognovit quia Nobilem Paulum Markowski de causa
et actione eidem in Judicium terrestre Bransciense facta et instituta
ob praedictam satisfactionem quietat et liberum facit